

A Deinde nobis quoq; volentibus intelligere, quidnam ipsi de eadem profectione sentiretis, literas nobis multum ambiguas & obscuras scripistis. Postremo, plurimum requisiti, atq; rogati, vt eas exponeretis clarioretq; redderetis, nobis factis facere noluitis, ita vt ipas intelligere nō posuimus. Quid igit faciamus, nescimus. Videmus autē videre nō sine omniā nostrū incōmodo & dedecore, nos (qd̄ absit) semper disiunctos fore, quod quidē quo animo creditis Occidētales principes audituros esse t̄ ac nos quanto animi dolore afficiēdos? Vos vero quāta mēstitia vestra ad patriā redituros? Contra, pie cōiunctis ecclesiis, & principes ipsū nobiscum vehemētissime gaudebunt, & oēs vobis auxilio erunt, ita vt nō solum Chriani, q̄ sub Imperij vestri ditione sunt, verum etiā illi, q̄ sub impio tyranno & Chri nominis hoste degunt, animo leuent. Rogamus itaq; vos fratres, per dñi nostri Iesu Chri praeceptum, ne velitis dei ecclesias disiunctas semp̄ manere, verum ipsi cōiunctis deum simul glorificemus, quādoquidē ecclesiarū cōiunctio aianibus nostris saluti, nobis vero nō mediocri fuerit honori, ac eam dubio procul corporei ac incorporei acerrimi nostri hostes, nobiscum angelis gaudētibus, vehemētiter timebunt, ita vt nō minus in cælo, q̄ in terra non mediocre gaudium sit futurum.

B ¶ Oratio tua, pater sanctissime, vera nobis videt̄ esse, sed qm̄ magnæ res magna indigent consideratiōe, idcirco in hoc longissimo tēpore, in primis serēnissimus Imperator cōsilio & prudētia, deinde nos tum publicis, tum priuatis disputatiōibus, diligētissimāq; peractigatiōe, in ecclesiarū cōiunctiōe mirum in modum incubuimus, ita vt totos hos quatuor annos, ex quo negotium hoc tractare cœpimus, plurimū laborauerimus, nil mirum autē est, si pro magnitudine rei nihil fere confecerimus, quādoquidē (vt pauloante diximus) longa opus est cōtemplatiōe. Quibus dictis, Græci ad patriarcham venere, ac ei omnia retulere. Ipse vero, sic cōtēdētibus pluribus, Rhenum, & Nicenum & Lacedemoniē, ac Mitylenē, antistites ad Imperatorē misit, ut ei nuntiarēt conuētum Græcorū patriarcha dūce cum Latinis cōiungi velle, ideoq; roarent ipsū vt pacem conficeret, sin minus, inuito eo, antistites suos eam cōfecturos.

C Quæ cum Imperator audisset, times ne sui homines in ip̄m conspirarēt, cogitare cepit, quonam pacto pacē cum Latinis iniuret. Die vero sequēti in Græcorū conuētū domi patriarchæ factō, hæc habuit verba. Non alia de causa, pontifices optimi, ad hanc venimus regionē, nisi vt ecclesias cōiungamus, & nō pro alia re tot labores pertulimus q̄ nostræ ecclesie dignitatis, ac amplitudinis causa. Sed ecce iam mēsis. xv. agit, ex quo patria & cōmodis nostris priuati, in Italia sumus, & nihil profecimus. Porro, mihi videtur disiunctio, ac nostrum a Latinis dissidium perniciosissimū esse, cōiunctio vero, atq; pia cōcordia nobis valde cōducere posse. Ideo duo nobis opposita, vt pote mala, dāniōseraq; fugiēda sunt, alterum, ne sine ratiōe cum Latinis iungamur, alterum autē, ne impie ab eisdem dissidamus. Ergo diligēt̄ debetis cōsiderare, quidnam nobis magis cōducere possit, ac in primis quātum calamitatis talis discordia nobis afferre possit. Mementote rogo. P. opt. vt patriæ nostræ Constantinopolitanæ auxiliō sitis, quæ qdem sola Christianorum refugium, spes, ac sequatrix in Oriente relicta est. Consulite, obsecro, secro, incolumitati, ac saluti eius, dicite sententiās neque animabus, neque corporibus nostris perniciosas. Pia quidem & non absq; ratiōe ecclesiarum cōiunctio, nobis valde conducet, eandem vero disiunctio contra, sed animarum nostrarum salute omnia debent metiri. Cauendum igitur, ne, si talis cōiunctio pia est, eam sine ratiōe fugiatis ita vt tanto taliq; careamus bono, quandoquidem ecclesiarum disiunctio horribilis est, & dicitur. Si quis autem impedit, quo minus pia ecclesiarum pax fieri possit, is cum Iuda damnatur. Tum antistites omnes vna voce acclamarunt, si quis ecclesiarum cōiunctiōnem non desiderat, sit anathema. Credo equidem, fratres, vos nō ignorare dissidium & cōtrouersiā nostram cum Latinis, multoq; malorū causam fuisse. Occidētaliū ergo, ac Oriētalium sanctorū doctōrū sententiās accurate cōsideremus quippe q̄ vident̄ inter se q̄ maxime cōuenire, quandoquidē nobis credēdum est, ip̄osa spū sancto æquali afflatus fuisse, ipsi ergo debemus equaliter credere, nisi aliter vobis videt̄. Annuētibus aut̄ his omnibus pōtificibus, Nicenus prolixiorē habuit orōnem, diceas: Si creditis. P. am. sanctos eē cōcordes, cur etiā cum ipsis nō creditis sanctū spū ex p̄e filioq; procedere? Deinde multas attulit authoritates, p̄sertim Cyrilli sup̄ Iohane & ex ep̄ thelauris, & ex Epiphani anḡyrotō, q̄rū alit̄ testabant̄ sc̄m̄ spū ex p̄e filioq; procedere

Rhu.

Græc.
Patriar.

Imp.

Græc.
Rhu.

Bess.